



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Adivratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

tionem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare: concludit intentum eorum, quoniam falsum est, quod iudicium de occultis sit prohibitum, non propter occultationem peccati: immo quoniam peccatum est occultum, ideo exemplum est ab inquisitione humana, & iudicio humano, quoniam omnia humana iudicia ad publicam potestatem scientiamq; spectant. Causant ergo lux, & subditorum suorum conscientiaz prælati illorum religiosorum, qui diffamato de uno precipiunt inquitendo de alijs, de quibus non est diffamus. Peccant enim praecipiendo, & illi respondere non tenetur. Nec excusantur prælati dicentes, quod aliquando alias de tali crimine fuit aliqua suspicio: oportet enim infamia, seu clamorosam insinuationem præcedere, & non simplicem suspicionem.
³¹ A n frates prædicatores possint appellare? Respondeo, quod sic dicitur in eorum constitutionibus, in cap. de capitulo generali. Declaramus, quod licet appellatio sit de iure naturali, unusquisque potest iuri suo tenutiare, & eo ipso, quod quis obedientia sponde profiteretur secundum constitutions nostras, secundum quas non licet appellare. Ex hoc etiam renuntiat iuri sibi à natura competenti de appellatio ne, sicut & iuri possidendi aliquid, vt proptimum, & iuri ducendi vxorem, quibus natura omnes liberos fecit. Unde in c. apud Carcasonam. 1. 3. 1. 2. celebrato sic dicitur. Volumus, & ordinamus, quod quicunque frater repertus fuerit iudicio eius, ad quem spe far, sine causa rationabili à quoque superiori suo appellasse, carcera ri custodiae mancipetur, denuntiantes fratribus vniuersis, quod de iure cœmuni, & ex priuilegio ordinis spciali, nulli fratum licitum est à certe ctione, vel ab officiorum amotione appellare, sicut fuit declaratum Cenomanis, 1491. infra, appellatio. §. 16.

ADIVRATIO.

³² ADIVRATIO secundum Arch. Flor. 2. parte. tit. 10. c. 8. est indu-

ctio alicuius personæ, vel creature, ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ex invocatione rei sacrae: & si fiat cum debitis circumstantijs, est actus latiae, sicut iuramentum, secundum Thom. secunda secundæ. q. 90. a. 1.

² ADIVRARE superiore non quasi rogando, sed quasi cogendo, prout Cayphas Christum adiurauit, et peccatum mortale: securi si adiurat inferiorem, vel superiorem, non intendens aliquam necessitatem ei ex hoc imponere, sed tantum reuerentiam rei sacrae, secundum Thom. ibi supra.

³ ADIVRARE dæmones per modum deprecationis, vel inductionis ob reuerentiam rei sacrae, non licet, quia talis modus ad benevolentiam, vel amicitiam quandam videtur pertinere quam cum dæmonibus habere non licet. Adiurare vero eos per modum compulsionis licet quandoque, vide licet, ut nobis non noceant, vel alijs, repellendo eos ut inimicos: quandoque non licet, ut ad secundum aliquid ab eis, vel obtinendum aliquid, ut sanitatem, vel huiusmodi, quamvis dum expellitur dæmon, possit adiurari de veritate dicenda, & inquire aliquid, quod occurrit, ad aliorum virilitatem, vel ut cognoscatur si vere est dæmon, cu hæc ad eius amicitiam non pertineat. ex Sancto Thoma vbi supra, & secunda secundæ. question. 93. a.

⁴ Ex instinctu tamen spiritus sancti aliqui præceperunt dæmoni aliquod seruitum, ut Sanctus Iacobus, qui Herogenem per dæmones fecit ad se adduci, non tamen ut dæmonis amicitiam haberet.

⁵ ADIVRARE creaturas irrationales non licet secundum se, quia vanum est, sed in ordine ad Deum, à quo mouentur, licet, vel per modum deprecationis ad Deum directe, quod pertinet ad eos qui miracula faciunt diuina invocatione, vel per modum compulsionis, quæ refertur ad dæmonem, qui in documentum hominum irrationabilibus vtitur. & hoc modo vtitur ecclesia in exorcismis, per quos dæmonum potestas ab irrationabili

b s bus

ADMINISTRATIO.

ADMONITIO.

bus excluditur. Tho. vbi suprà, a. 3.
 3 ADIVRATIO facta debito modo est licita, & meritoria, habet enim similitudinem cum iuramento, estq; actus latræ, sed oportet quid fiat cù seuerentia, dñe bona, bona intentione, & debitum circumstantijs. Et si fiat ad subditos debito modo, cum intentione obligandi, obligat sicut præceptum, & iuramentum. Thom. vbi suprà.

4 ADIVRANS aliquem de eo, quod non potest, vel quem nō potest, intendens cum obligare, mortaliter peccat, ut dictum est, agitque contra iustiam, & taliter adulteratus ex hoc nō tenetur obediens. Adiutorio in casibus non licitis, de genere suo est mortale peccatum contra secundum præceptum. Non assumens nomen Dei in vanum. Tho. vbi suprà.

5 VOLENS dæmonem expellere, & adiurans, ut dicat aliqua ex curiositate, qua ad expulsionem nihil faciunt, ut puta, Quid tenuit Aris? de immortaliitate animæ, vel huiusmodi: & hoc non facit ut credat firmiter, vel ut dificit à diabolo venialiter videtur peccare: quia per hoc non vult diaboli amicitiam, sed est ex quadam leuitate, quod tamen fieri non debet, ne alij fortem diabolo credant. Sil. versic. Adiutorio, §. 5. caendum tamen est in huiusmodi adiutoriis, ne quis adiuret obsecratuē, aut ad aliquid consequendum, ut puta obsequium vel notitiam, quia tunc mortale videtur.

ADMINISTRATIO.

6 ADMINISTRATOR tenetur de mala administratione satisfacere, secundum Inno. c. ex presentium de pignoribus. Et ille cuius est administrator, habet actionem negotiorum gestorum contra eum. ff. de neg. gest. l. iij. §. vlt. 12. q. 2. c. si qua de rebus.

7 ADMINISTRATOR tenetur de dolo, secundum glos. in l. cū ostendimus. ff. de fideiu. quto. tenetur etiā de lata culpa l. curatoris. C. de nego. gest. & etiā de leui. l. quicquid. C. de arbitrio. quto.

8 ADMINISTRATIONEM COMMITTÉS indigno sciéter, tenetur de mala administratione, secundum Innoc. in c. ex ratione. de æta. & qual. & mortaliter peccat. Quando autem administrator de casu, vel fortuna tenetur, vide in l. negotia. ff. de nego. gest. quia in quinque casibus tenetur.

ADMONITIO.

9 ADMONITIO debet fieri ante denunciationem, secundum gloss. in c. qualiter, & quando. el. 2. de accus. vide infra. correctio fraterna. §. 4. Admonitio prævia secreta, est de præcepto ante publicam denunciationem in iudicio, si correctio speratur. Th. secunda secundæ. q. 33. a. 7.

ADOPTIO.

1 ADOPTIO secundū Th. 4. sent. d. 42. q. 2. a. 1. est extremæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptione. Pan. in rubrica, eod. tit. dicit, quid est quedam propinquitas à lege inducta.

2 ADOPTIO duplex est, secundum Th. ibi ad primum. Una quæ naturalē filiationem præfecte imitatur, & hæc vocatur arrogatio, per quæ reducitur adoptatus in potestatē adoptantis, ita ut adoptatus succedat adoptanti ex intestato, nec potest eum pater adoptans quartia parte hæreditatis præuale. Et sic adoptari non potest, nisi qui est sui iuris, & postquam est adoptatus, non habet potestatē, aut si habet, est emancipatus, quæ quidē non sit, nisi principis autoritate. Alia est simplex adoptio, per quam ad-

non transit in potestatē adoptantis, & secundum hanc potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris, sine autoritate principis, ex autoritate magistratus: nec succedit in bonis adoptantis: nec adoptans in testamento teneat etiā aliquid relinquere. Pa. c. 1. eo. tit.

3 ADOPTARE non potest aliquis, qui non est sui iuris, vel minor 25. annis, vel mulier nisi ex speciali autoritate principis, quia isti disponendi de hæreditate non habent potestatē. Th. vbi suprà, ad 3.

4 ADO-

